Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift

locutione innocentie. intus subtilitate celat malicie. Hoc secundum morale sensu. et cum iuxta aliam allegoriam lineis uestibus misceri lanam vt purpuram. vt linostinam uestem induere mordinatum uiuere. et diuisi generis professiones uelle miscere. vt sermonem. vt habeat ornamenta nuptiarum. aut ea que se non conuenient nupsit. specie uingiuta tantum gerat. omnimodo hoc peccatum est. Si quid inconuenienter ex diuiso genere vt religione iniuria cuique exerceat. Ceterum illud te figurabat in uestibus. quod nunc declarat in moribus. C A P. x.

Nolo accipias loco pignoris insuperiorem et inferiorem molam. decipere aliquando dicam auferre. Vnde et aues ille que rapiendis sunt auibus. aude accipitres uocantur. Vnde et Paulus apls dicit. Sustinetis enim si quis deuorat. si quis accipit. ac si diceret si quis rapit. Pignus vero debitoris est confessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur. cum a peccatore ita peccati confessio tenetur. Superior autem et inferior mola est spes et timor. Spes quippe adiuta subuehit. timor autem cor inferius premit. Si mola superior et inferior ita sibi necessario iunguntur. ut una sine altera inutilis habeatur. In peccatoris itaque pectore incessanter debet spes et timoris formido conuungi. et penitentia incassum multum speratur. si non etiam iustitia premeditatur. incassum iustitia metuitur. si non etiam in illa confidatur. Loco igitur pignoris mola superior et inferior tolli prohibetur. qa qui predicat peccatori tanta dispensatione componere predicationem debet. ut nec derelicta spe timorem subtrahat. nec subtracta spe in solo cum timore derelinquat. Tollit enim superiorem molam si flentem peccata dicat. Non habebis uenia de commissis. Tollit inferiorem. si peccantem deceptione pallat. ac si dicat. agite mala inquantum uis absque metu. Iam dis prius est. et ad indulgendum paratus. Si utilis tunc mola utraque habetur. si et spes sit cum emendantis formidine. et emendans formido fuerit cum spe. C A P. xi.

Dolo abhominabis egyptium. quia fuisti incola in terra eius. Quia uis enim mundo renuntiantes egyptiam tyrannidem. pestiferam seculi conuersationem vt concupiscentiam declinem. tam diu